Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/319020

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

FRANCISCI CORNELII DONDERS,

MED. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOHANNES FRANCISCUS D'AUMERIE,

e pago Boxmeer.

A. D. IV M. JUNII A. MDCCCLII, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCLII.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN ET DUMONT.

THESES.

I.

E lege 14. C. de sententiis et interloc. videtur ante Justinianum nondum licuisse etiam actorem condemnare si judex competens non esset.

II.

Definitio furti in L. 1, § 3. D. de furtis, praestat illi quam exhibent institutiones in § 1 Inst. de oblig. quae ex delicto nasc.

III.

In L. 16, § 4. D. de Fidejussor, verba »naturales obligationes non eo solo aestimantur si actio aliqua earum nomine competit" non utique spectant obligationes juris gentium.

IV.

In L. 2. C. de annali except. interruptionem civilem agnosci contra Cl. DE SAVIGNY, System. VI, p. 59, defendo.

V.

Probandus est legislator Neerlandicus quod testamenta olographa apud tabellionem deponi jusserit.

VI.

Voce *mede-erfgenamen* in art. 1105 C. C. tantum comprehendi videntur heredes ab intestato.

VII.

Art. 1116, al. 2. C. C., abundat.

VIII.

Mater tutrix quae ad secundas nuptias transiit et secundum art. 405. C. C. in tutela non est confirmata, non iterum, dissoluto matrimonio, ex art. 406, al. 4, tutrix fieri potest.

IX.

Verba *behoudens zijne verpligting* sqq. in art. 684. Cod. Merc. supervacua.

X.

Melius esset si in art. 154. C. M. verba *op tijd getrokken* non legerentur.

XI.

Protestatio de non solutis literis Cambialibus quibus certus dies solutionis est adjectus, si hic dies incidit in diem dominicum, die demum martis recte fieri posse videtur.

XII.

In contractu assecurationis scriptura ad essentialia non pertinet.

XIII.

Art. 447, 3° C. de Re. Jud. in Caus. Civ. etiam spectat cives armatos (*mobile schutterij*).

XIV.

Verba »in alle gevallen zal de deugdelijkheid daarvan" sqq. art. 444, al. 2. C. C., tantummodo pertinent ad inventarium privatum.

XV.

Ad dormientes ac noctambulos uti et ad ebrietatem involuntariam extendendus est art. 64. C. P.

XVI.

Verba articuli 66. C. P. »*lorsque l'accusé aura moins de seize ans*," intelligenda sunt de tempore delicti commissi, nec vero de eo quo causa criminalis agitur.

XVII.

Improbandus est art. 70. Nov. Cod. Poen. Belgici.

XVIII.

Poena deportationis probanda mihi videtur.

XIX.

Universitas delinquere nequit.

XX.

Ministerio publico liberum non est delicti querelam non persequi.